



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De nono gradu humilitatis, qui est, se Deo omnino subijcere. Cap. 10.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

bonis, qui non est defensor in malis.

Hæc igitur accusatio sui, qua quis defectus suis pandit, & causas turbationum, aut aliarum molesteriarum, quæ inter fratres eveniunt, in se ipsum intorquet, initium est pacis: dum fratrem excuso, nèq; ipsū accuso, eius iram mitigo, eiusanimū lenio, & ad pacē & tranquillitatē reuoco. Est etiā ianua magni profectus & accessus ad Deum: nam ille amator veritatis, illos amplectitur, & donis suis implet, quos superbiæ & vanarum excusationum vacuos inuenit. Quare Beatus Dorotheus, enarrato quorum dñi fratiū iungio, hanc censet causam imperfectionum, & obdurationis, quod quisque se ipsum excusat, & alium impudenter accuset. Hinc fit, inquit, quod numquam proficimus, numquam procedimus, conterentes omne vitæ nostræ tempus, computescimus in cogitationibus nostris, bellisque intellectu nos inuicem lacessimus. Vnusquisque etenim nostrum se iustum facit, labiturque quius ad quæcumque sine cura, sine custodia vila sui iphius. Extorquet unusquisque præcepta à proximo. Hinc fit, ut neque ad bonum consuelcamus. Cùm enim paululum exanducerimus ira, omnia ex proximo volumus extorqueri. Acculamusque eum illico, & dicimus sic agere eum debuisse, inclamamusque quare ita non egere. At cur non magis ipsi nobis imperamus? Cur non accusamus nos ipsos pœnitus ut desides & negligentes in rebus nostris? Vbi iam senior ille, qui interrogatus quam pœnissimam viam ad Deum inuenisset, respondit: Hanc pra omnibus, ut homo seipsum in cunctis semper accuset. Laudata est sententia, ab interrogante magis magisque confirmata. Dixit & Abbas Pastor, virtutes omnes cum genitu, domum ad virutem unam coniugrafæ, & hominem extra hanc frustra eripi, & laborare. Interrogatusque quanam illa esset, hæc ait, Ut seipsum homo accuset. Mirabilis sane est & numquam fatis laudata Abbatis Pastoris illa sententia: Nullam putat virtutem extra domum propria accusationis existere. Quare hæc? Certe ideo, quia excusans se ipsum, & culpas ac defectus inanibus excusationibus contegens, humilitatis virtute caret. Extra domum vero humilitatis, nolunt a liæ virtutes commoari. Vel etiam, quia pauci admodum sunt, qui aliquos defectus aduersus omnes virtutes, nunc contra hanc nunc contra illam non admittant. Si autem defectum aut culpam, exempli gratia, aduersus manufactudinem, admittam excusas, & his excusationibus assuecas, quis non videat te manufactudinem laderet, & quasi à te ipso relegaret? Merito ergo virtutes inuenias ad dominum humilis accusationis commigitarunt, quia si illa destr. cum destrémus, & nos non accusamus, sed ponimus excusamus defectus nostros, quæ bellum virtutibus cunctis indicimus.

Cum hæc in se habeant, merito sanctus David, tuos defectus aperiebat, ut sic proficeret, & diuinam misericordiam imploraret. Iam le in iniquitatibus conceperum, & in peccatis natum vocari, iam egenum pauperem mendicum, parvulum, & contemptibilem nominari: iam verem vilissimum & opprobrium hominum, & plebis abiectionem appellat, ut verba cordi sensu congruerent, & sermones animo humili concurserent. Nec solum hoc, verum & omnem tergiversationem, ac peccatorum luxorum futilem excusationem auferatur, dicens: Non declines cor meum in verba malicie ad excusandas excusationes

A in peccatis.] Licet humilitatis, o Domine, ait, studiosissimus essem, licet iam ex affectu a te dato despici voluissim, tamen radix peccati a parentibus primis relata, & numquam euulsa, me ad tegenda & abscondenda peccata vehementer inclinat. Cum ergo peccaueris, (& quis est qui non peccat?) cot meum ad coloranda peccata, & prætextus excusationis querendos, inclinari non finas. Hæc enim sunt verba malitiae, quæ & a fomite peccati procedunt, & ad defendenda peccata tendunt, & ipsa per se bonitatem vacua sunt, & humilitatis virtuti contraria: Sufficiat peccasse, nec adeò inuercundus sim, ut excusans peccatum meum, quasi pœnitentia semel tantum delinquisse: Ne potius velim inueniri [cum hominibus operantibus iniquitatem,] quorum est semper peccata peccatis addere, & quæ admittunt, in aliud reuicere, ac procaciter excusare. Qui dicitur (quos quidam etiam ethnicus rit) non ego ambitiosus sum, sed nemo Romæ potest aliter vivere. Non ego sumptuosus sum, sed viis ipsa magnas impensis exigit: Non est meum vitium, quod irascendum sum, adolescentia hoc facit. Certe non communicabo cum electis eorum. Non, inquam, operibus me ab illis electis & probatis immiscebo, immo si quid peccauerim, libenter accusabo, libenter confitebor, tum ut me humilitatis professore faciam, tum ut culpas meas non augeam, tum ut ex accusatione ad compunctionem promotus, earum apud Dominum veniam promerear. Humiles igitur hunc induant Davidis affectum: defectus fuos (nisi adiutorio ac discrecio propter bonum aliorum aliud suaserit) libenter aperiant; imbecillitates pandant, ineptitudines manifestent, non si illis curæ si despiciantur, immo si illis curæ despici atque contemni, ut per contemptum ad humilitatis gloriam, & Christi imitationem perueniant. Qui (vt ait Augustinus) contemptus est inter nos à nobis, & postea nobiscum: & docuit nos contempi quia contemptus est: docuit tolerare, quia tolerantibus docuit pati, quia passus est. O glorioles despiciencia, quia id consequimur, ut Christum sequamur, & ubi ipse est, tandem aliquid simus.

*De Nono gradu Humilitatis, qui est, Se  
deo omnino subnoscere.*

### CAPUT X.

**H**VMILIS, quicunque una parte le ipsum debet, sibiique diffidit, seque reputat ad quæcumque functiones ineptum, & diuinis donis indignum, quicunque constanter vult ab aliis viss haberi, & alterus est le ipsum accentu: ex alia vero parte le videt non despiciunt, immo aliquando magni habitum, calostibus donis opulentum, ad magistras functiones afflumptum, & a Deo plane dilectum, & in pretio reputatum: quid faciet, nisi coram diuinis magistratibus, quia eum non contemnit, sed amat, sed honorat, de le humili me sentire, seque miris affectibus inclinat? Et haec que horum humilitatis gradus, quo iustus cor habet & fiduciam dilecti non amittere, (e coram Domino ut multitudinem ac vilissimum principium respici, & non altere quam lutum figulo, & omnibus diuinæ voluntari submittit) Se etiam vir humilis

Dorothe.  
doctrinæ.

ps. 14.  
4.

Doro

HILL

Seneca I,  
6.eph.31.

Aug. ad  
P. 1.53.

humilis seruum inutilem, & ad omnia quæcumque Deus voluerit, se offert paratu atq; præcinctu, & magnu ducit, si in aliquo ministerio occupetur, si vel ad abiectu seruitu admittatur. Deus illum ad aliquam dignitatem, vel ad magnam functionem vocet? Tunc miratur vehementer, quod relictis aliis fratribus suis (quos meliores putat, & aptiores) ipsum elegerit, & super candelabrum posuerit, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Et eo fidentius lucet, quo lucem, quam habet, non suam, sed alienam, & à Deo mutuatam agnoscit. Deus illum in aliquo humili obsequio constitutus, in eoque per multos annos detinet? Non conqueritur, non tristatur, quin neque ad illud se habilem sentit, supradicata sua merita, & suam capacitatem esse facietur. Deus quasi illius obliuiscatur, & cum omnium domos visiter, quasi ipsum pertranseat, & veluti in quadam angulo inglorium, despectum, & ab omnibus oblitus relinquit? Patienter suffert, immo & gratariter sustinet, & pro meritis, seu pro ineptitudine sua receperisse se putat. Hæc apud le cogitat: lumen sum, & conum fecidum, & ira me coram Deo collocabo, quemadmodum argilla illa rubra, ex qua primus parens meus formatus est, vt siex me voluntate hominem facere, id est, ad actiones homine dignas euehere, euehati vero ei placitum fuerit, in mea vilitate me relinquare, non resistam. In eum oculos mei cordis intendam, & paratus expspectabo quid de me fieri velit, nec sermonibus eius, aut insinuacionibus contradicam. Hæc est huius gradus humilitatis substantia, longe facilior dicto quam facto; quam multi se habere putant, & in tempore tribulationis, & oblate occassione, longe se esse ab ista vera subiectione conspiquant. Non miremur si Deus ianuam sua familiaritatis non aperit, si postulata negat, si minime optata concedit, quia nunquam ad illum correspondarunt & subiectum deferentes ingredimur; numquam cor humile illi presentamus, sed nos ipsos, & excellentiam nostram in omnibus tum spiritualibus tum temporalibus querimus.

Hunc præstantissimum humilitatis gradum operabat David, quando secum ipse loquens, ita canebat: Nonne subiecta erit Deo anima mea? Ab ipso enim salutare meum. ] Rem sanè inquit, ex opto difficilem, quam perfectè quilibet iusti non obtinet, sed illi, qui sunt humilitate & charitate perfecti. Hac autem res est, vt Deum expectet anima mea, utrum eum sileat, ut penitus se illi committat, vt sit illi Domino suo omni ex parte subiecta. Res difficultis, sed debita: quid enim magis debitum, quam ut maioribus minora subdantur? Si autem Deus, utrūklob, maior est homine, & in infinitum præstantior atque excellenter, ac viuierfalsi eius Dominus, debitum est, vt eis homo plenè submittat. Res difficultis, sed iusta. Nam iustum est, vt qui suis inferioribus vult præesse, superioribus defter, cisque se per omnia subiectat. At ego volo præesse minoribus, quibus potestate aut dominio præponor; subiecta ergo exigit, vt illi sublim, quem me, & omnibus superiori esse cognosco. Res difficultis, sed plena utilitatis, & ideo homini insirmo & lapsu difficultis, sed integrō & sano admodum facilis. Et quare facilis: Quoniam ab ipso, cui subiectus debeo, salutare meum. Si non sublim, disperdor: si sublim, saluor. Si me subiectioni eximo, in misericordiam & calamitatem incido: si me subiectio Deo, ab illo salutem & incolomitatem, & gloriam reporto. Nonne subiectus ero Deo ut saluer?

Nonne veteram libertatem fugiam, ne cum illa

A condemner? Subde te Deo, ô anima mea (vt verbis Augustini tecum agam) adora; prosterne te: confite te illi, qui fecit; quoniam nemo recreat, nisi qui creat: nemo reficit, nisi qui fecit. Confitere, à Deo te habere quidquid boni habes; à te, quicquid mali; ne in bonis tuis illum accuses, te excuses. Ipsa est vera confessio. Ille, qui in tantis bonis præuenit te, venturus est ad te, & in spe futuris dona sua, & malia tua: quomodo eum bono eius via fueris, inspicit te. Ergo quia in omnibus istis bonis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciem venturi. Hæc ille. ] Prætenies autem secundum meum consilium, si te ei ad omnia & per omnia submiseris. Nam vt in rebus naturalibus causa agens, nihil aliud ex parte patientis requirit, nisi materialia sibi subiectam, & ad recipiendum paratam: & statim ac lignum est siccum, nullo negotio ab igne consumitur: ita & in his quæ ad mores pertinent, simil ac Deus animam sibi subiectam reperit, mirabiles mutationes in ea facit, & per similitudinem puritatis eam in se transformat atque conuertit.

B Id vero, quod sanctus vates, & vir secundum cor Dei sibi optauit, nobis alio loco querendum esse consult. Vnde ait: Subditus esto Domino, & ora eum. ] Expone, inquit, assiduis precibus coram Domino institutum vitæ tuae; commendata illi rerum tuarum statum, tamquam ei, qui potens est omnia ad tuum profectu renovare: & ille, qui non spernit sperantes in se prout oportet, cum ea disponet. Ipse institutam tuam, qua iustum te faciet, ad gloriam suam conuenienti tempore hominibus & angelis manifestabit, & recte institutam vite rationem, nou alter quæmeridiem, claram efficiet. Si hæc ita futura sunt, subde te Domino, & sub potenti manu eius te ipsum humilia. Sic autem subditus & humiliatus, ac per omnia resignatus, in oratione persevera, vt subiection & oratio te ad desiderata recipienda disponant. Hanc autem subiectionem, ad quam nos hortatur sanctus Propheta, esse subiectionem humilitatis, sicut & illam qua dixit: Nonne Deo subiecta erit anima mea, lati indicat Ambrosius, sic in eundem psalmum scribens: Omnis homo se Deo subiectat. Non enim unum, sed omnes docet, vt subiectant cor suum, subiectant animam suam, subiectant carnem suam; quo sit Deus omnia, & in omnibus. Subiectus ergo est, qui plenus est gratie, & suscepit iugum Christi, & mandata Domini strenue & incunctanter exequitur. Sine subiectione autem, qui se frustra extollit, sensi propriæ carnis inflatus, insolens deuotionis, & pia declinans obseruantiam seruitutis, quam ipso iure naturæ auctori debemus æternò. Postremo, qui sine peccato est, subiectus est Christo, quoniam redemptus à Domino est. ] Subditus ergo esto Domino, & vir Dei, cui stellæ ipse quasi ancillæ subiiciuntur. Ipso enim præcipiente dederunt lumen in custodiis suis, & latrata sunt vocata sunt, & dixerunt, Adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. ] Ipse in stationibus suis lucent, si creator illis præcepit, & abscondunt lumen suum, si ille mandauerit. Si ab eo vocentur, non voce, sed opere statim adiungit, & cum laetitia & iucunditate, in eo quod sibi iniunctum fuerit, seruant ei. Subditus esto illi, cui & angeli vniuersi subduntur, cui septem illi præcipui astant, quorum unus ad Tobiam ait, Ego sum Raphael angelus unus ex septem, qui altamus ante Dominum. ] Et iure optimo hoc putat iste angelus magnu dignitatis

*Aug. ser.  
to. deu  
bis Apoc  
stoli.*

*Ps. 36. 6.*

*Ambr. of.  
ad Psal.  
36.*

*Barnab.*  
*3. 34.*

*Tob. 12.  
15.*

elogium, se, & reliquos creatori ita esse subiectos, ad omnia paratos, ut in nullo repugnant obedi-  
re ei. Tu, qui vitam angelorum aemularis, qui inter  
illos te semper victorium esse confidis, qui cœi stellæ  
cœli, immo plusquam stellæ, in felici illa patria luce-  
bis, quid aliud conaris, nisi hanc subiectionem com-  
parare? Hanc tua natura requirit, ad subiectionem  
creata, ad hoc enim conditores, ut tuo conditori sub-  
daris. Et quod amplius est, in hac subiectione stat  
felicitas tua. Quare Paulus de Christo ait: Cūma-  
tem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius  
subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, ut sit Deus  
omnia in omnibus.] Nunc enim quibusdam mem-  
bris repugnantibus voluntari Dei, ut inquit Ansel-  
mus, videatur caput non esse subiectum. Cum autem  
omnia membra fuerint Deo, tam carne quam spi-  
ritu deo utrè subiecta, tunc ipse filius, qui caput eorum  
est, manifestè cognoscetur in omnibus Deo  
subiectus.

Hoc itaque est summum bonum nostrum, Deo plen-  
nè subiecti, & ut decet creaturam, penitus suo crea-  
tori submitti. Cum ei perfectè suerimus subiecti, tunc  
illud summum bonum consequemur, quod spera-  
mus, quod suspiramus, ut sit Deus omnia in omnibus.  
Ut ipse scilicet sit finis desideriorum nostrorum,  
ut iam nihil ultra desideremus, sed in eo & per eum  
omne desiderabile, vitam, salutem, copiam, hono-  
rem, pacem, & gloriam habeamus. Huius subiectionis  
perfectissimæ est iste gradus humilitatis initium,  
quo sine villa repugnantia Deo subdum, & no-  
stra commoditatæ & vtilitatem oblitæ, ab eo mo-  
ueri & duci, & in omnibus regi ac gubernari  
concupiscimus. Praestans illam quidem est ista sub-  
iectionis, à qua nec filius ipse naturalis exiit. Ideo  
in scriptura secundum humanitatem seruum voca-  
tus est, ut qui ad seruendum nati sumus libenter  
nos creatori subiiciamus. Ecce seruus meus, cui  
suscipiam cum, electus meus, complacuit sibi in illo  
anima mea: dedi spiritum meum super eum, indi-  
cium genitibus proferet.] Et: Humiliavit semeti-  
plum, formam seruia accipiens.] Ego seruus tuus  
(quem locum de Christo Athanasius intelligit) &  
filius ancillæ tuae.] Et: Adducam seruum meum  
orientem. Et: Sulcitabo super eas pastorem unum  
seruum meum David. ] Ne te hastabundū reddat,  
homo, inquit Basilius, quod Deus subiectus nomi-  
natur. Ut enim te subiectum reddat, ipse se se sub-  
iicit, & ut ad virtutem te exciter, subiectum se no-  
minat. ] Quare igitur ille, qui secundum diuinam  
natum filius est naturalis & coequalis Patri, se-  
condum humanam seruus vocatus est, nisi quia ple-  
nè Patri subiectus, quia voluntati eius addicetus,  
quia ei per omnia, & in omnibus resignatus, nihil  
aliud volebat nisi Patris voluntatem implere? No-  
bis autem membris eius, quid aliud cordiesse debet,  
nisi hanc regalem subiectionem toto mentis  
conatu conquirere? Et verè regalis subiectionis, qua  
regibus præcepta est. Nam & illis dicitur in Psal-  
mo: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum  
tremore.] Et in eo reges sunt, si à Deo se regi sinant,  
& secundum eius voluntatem populos sibi com-  
missos regant. Verè regalis subiectionis nos à misera  
seruitute propriæ voluntatis extrahens, & in mi-  
rabili libertate constitutens. Qui enim non ita  
subiectus est Deo, mutum est quod quantisque cu-  
ris euenuum futuron dixerit, mirum quā  
multis timoribus cruciatur, quanta tristitia & an-  
gore aduentienti aduersitati resulit, quanta anxietate  
media ad euadendum inquirit. Durum autem  
est illi contra infixum stimulum calcitrare, & Deo

A per tribulationem immisam subiectionem poscen-  
ti resistere. At qui hoc cor Deo subditum gestat,  
& se ac omnia sua Deo committit, inexplicable  
est quanta tranquillitate fruatur. Is nihil terrenum  
timet, quia diuinam prouidentiam ipsum regen-  
tem animaduertit: nihil caducum sperat, quia ni-  
hil extra Deum, summum desiderium implebit. Omnen  
autem euenum grateranter suscipit, quia non tam  
à conditione naturali, non tam ab hominibus,  
quam à Deo, cui subditus est, & à cuius regimine exi-  
mi non vult, aduenire nouit.

Is quoque magna audet petere, & pretiosa postu-  
lare, quoniam ex hac subiectione didicit, non ad  
honorem, aut commodum suum, sed ad gloriam  
Dei petere. Idque secundum Richardum Victori-  
num indicauit regius vates, cum magna rogans, se  
non filium, sed seruum ac subditum nominavit.

Faciem tuam, inquit, illumina super seruum tuum,  
& doce me iustificationes tuas. ] Quid inquam ( ait  
ille) Daud, te seruum vocas: seruum nominas? Num  
quid hoc seruis datur obtinere, quod vix amici me-  
rentur accipere? Verè, inquit, scio quod amo, quia  
diligo Dominum meum: recordor nihilominus,

quod Dominus dixit ad me: [ Filius meus es tu] nolo tamen dicere amicum suum; nolo me vocare  
filium suum. Qui enim absque meritis vult magna  
petere, meminerit saltem se mulcūm deicere: &  
nunc verè me fateor seruū eius, non tantum iure cō-  
ditionis, nec solum debito necessitatis, sed etiam pro-  
posito voluntatis. Nam alios seruos efficit ipsa eoru-  
m natuitas, alios seruituti addicit bellii necessitas;

alios obsequio subiecti humilitatis magistra charitas.  
Seruam, seruam igitur creatori meo iure conditio-  
nis; subiecti regi meo ex reuerentia maiestatis, sub-  
iicisci Saluatori meo, debito charitatis. Quantum  
apud eum possit voluntari seruitus, intelligo: & id  
circo magna petens, humilitatis mea obsequium  
humiliter recolo Sic ille.] Hanc itaque spem obti-  
nendi magna subiectio in illo peperit, & in nobis  
quoque pariet, si eam habere studuerimus. Si mens  
nostra subiecta fuerit Deo, subiectetur illi caro, iam  
non ut fera ad imperium rationis recalcitrans, sed ut  
foros eius conatus in bonum adiuuans. Subiectetur  
illi mundus, qui facile prosternitur, ab eo qui  
per veram humilitatem Dei prouidentia commit-  
titur. Subiectetur illi diabolus, qui non potest ali-  
quem deicere, nisi conatus fuerit eum ab hac  
subiectione separare. Ac tandem, ut ait Isidorus,  
tunc recte subiecti nobis omnia, quæ sub nobis  
sunt, si nos subiecti ei, à quo nobis illi subiecta  
sunt.] Cogitaui, Domine, vias meas, vias meas anti-  
quas, quibus aut post peccata currebam, aut  
meam voluntatem explebam, aut postea in bo-  
nis & rectis ad mea commoda festinabam. Cogi-  
taui eas, & de mea stultitia erubescens, conuer-  
tis pedes meos in testimonia. Affectus meos ad tuam  
voluntatem conuersti, & tibi semper subesse con-  
stitui. Paratus sum, & non sum turbatus, ut custo-  
diam mandata.] Paratus, inquam, ad omnia quæ  
cumque præcepisti, & tibi plenè subiectus, emer-  
gentibus impedimentis non turbor, sed pacare tua mā-  
data custodio. Cum enim me ipsum non querar, sed  
tuam voluntatem implere cupiam, nec afflictio-  
nibus nec detractionibus nec terroribus

quasier, nec à via perfectionis di-  
mouer, quia tibi subesse,  
quod solum quarebam,  
inuenio.

Pf. 118.  
131.  
Richard.  
ibid.

Ipsa 1.  
febr. 1.

Pf. 119.

60.

Pf. 118.

60.

D